

Heinrich Schuckmann Johannes Müller

Disputatio Iuridica Inauguralis De Operis Novi Nunciatione : Quam ... Decreto & Autoritate ... ICtorum Ordinis in Illustri ad Varnum Academia patria

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732592194>


Druck Freier  Zugang



Verbot einer Neuschaffung

Schuckmaer - Müller. ^{Vert.} /a

jur. 1649.



Nof. 14. e. 1700. d. 8

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE OPERIS NOVI
NVNCIATIONE 41

Quam
Deo ter optimo Maximo Duce & auspice,
Decreto & Autoritate No-
bilissimi & Amplissimi Jctorum Or-
dinis in Illustri ad Varnum Academia

patria,

PRÆSIDE

Viro Amplissimo, Consultissimo & Clarissimo
DN. HENRICO Schuckman
J. U. D. & Codicis Professore Publico,
Consistorij Ecclesiastici Ducalis Assessore &
p. t. Facultatis Juridicæ Decano spectabili,
Fautore suo pl. honorando,

Pro summis in Utroq; Jure consequendis Ho-
noribus & Privilegiis Doctoralibus,

Publicè examinandam proponit

JOHANNES Müller Rostochiensis,

Habebitur in auditorio majore die 1. Nov.

Horis consuetis matutinis & pomeridianis.

✽(o)✽


ROSTOCKII, Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. 1649.

DISCIPULUS JURIS
DE OPERIS NOVI
INVENTIONE

Procurator
Rector de Auctoritate
Ludovicus
Ludovicus

DE
D. N. R. M. T. O. C. O. M. M. I. S. S. I. O. N. I. S.
D. N. R. M. T. O. C. O. M. M. I. S. S. I. O. N. I. S.





Um quæ Utilia sunt & quotidiana, quæq; in ipsis rerum obtinent argumentis, plenius esse attingenda suadeant *Imp. Justinian. in pr. Nov. 46. & præm. Inst. §. cumq; 3. in med. ut & Jctus Paul. in l. legavi 25 in pr. de lib. leg. materiam inde ego operis Novi nunciationis præsentem hanc Disputationem Inauguralem discutiendam selegi, quippe quæ remedium juris in praxi usitatissimum & maximè præsentaneum contineat, quò vicinos in præjudicium juris nostri vel ex temeritate, æmulatione, odio vel etiam errore ædificantes illic loci ubi jus ipsis non esse ædificandi prætendimus, facili negotio cohibemus, nec non remorando opus cæptum, jus nostrum integrum conservamus.*

THESIS I.

Nunciare in hac juris materia idem est quod inhibere *l. i. in pr. h. e. vel prohibere l. si procurator 17. h. e.* Et novum opus facere intelligitur qui vel ædificando vel demoliendo vel etiam quid detrahendo rebus soli, pristinam ejus faciem immutat. *l. i. §. opus novum 11. de seq. l. stipulatio 21. §. opus autem 3. h. e. arg. l. 1. §. si quis 3. in fin. de ver.*

inhibere, dicitur

Ver. Obl. Et vocatur hæc novi operis nunciatio etiam Denunciatio in l. de pupillo 5. §. meminisse 10. l. sciendam 19. b. t. l. unie. C. hic ut & Renunciatio d. l. 5. §. si u 17. b. t.

II.

Est autem Operis novi Nunciatio legitima prohibitio l. 1. in pr. cum. §. nunciamus 17. & seq. l. de pupillo 5. §. si plurtum 6. in fin. l. prator ait 20. §. hoc interdictum 10. b. t. l. si alius 7. §. ait julianus 2. in pr. quod vi aut clam. vicino facta l. si autem 2. l. in provinciali 3. §. si in loco. 1. §. si ego 3. l. non solum 8. in pr. hic. de rebus solid. l. 2. §. opus novum 11. & seq. b. t. ut is ab opere inchoato absteineat. d. l. 5. §. qui nunciat 15. d. l. 8. §. sciendum 4. donec de jure ædificandi constet l. 1. in pr. d. l. 8. §. sciendum 4. in fin. l. prator ait 20. §. adicitur 13. vel etiam eo nomine satis detur d. l. 5. §. siis cui 17. l. 8. §. 2. & 4. l. 20. §. l. §. si quis 3. §. deinde ait 9. b. t.

III.

Dividitur Nunciatio in eam quæ publici juris tuendi causa est l. 1. §. sive autem 14. §. nunciatio 16. b. t. & eam quæ ex privatâ causa procedit l. 5. in pr. hic. Publici juris tuendi causa Nunciatio fit, cum quis contra Leges, Sæta vel Constitutiones principum, puta, quibus certus ædificandi modus est constitutus l. 1. §. nunciamus 17. hic. in publico opus novum facit l. in provinciali 3. §. in quo casu omnes Cives nunciare Novum opus possunt, d. l. 3. in fin. arg. l. servum 33. §. publice 2. de procurat. juraq; publica operis novi nunciatione tueri d. l. 5. §. & belle 9. b. t. interest enim Reipublicæ quamplurimos ad defendendam causam publicammittere l. nam 4. b. t. A quâ tamen Nunciatione publicâ excluduntur pupillus d. l. 5. in pr. & mulier l. 6. de popul. action. facit l. 2. de Reg. juris. Ut & servus d. l. 5. §. 1.

IV.

Ex privatâ Causa nunciationem facere quis potest aut suo aut alieno nomine l. 1. §. 3. & ult. l. 5. §. qui procurator 18. §. si procurator 20. l. & ideo 6. l. & si 7. in pr. & quidem suo nomine nunciare permissum est omnibus ad quos vel juris sui confer-

conservandi vel damni depellendi causâ ea res pertinet, l. 1. §. *factus nostri* 19. h. t. l. *verbum illud* 181. de verb. sig. sive quod idem est, cum quis vel ob naturalem vel impositivam causam nunciat, Ob naturalem cum in aedes nostras quid immittitur vel ædificatur, Ob impositivam cum quis postquam jus suum diminuit alterius auxit, hoc est, postquam servitutem aedibus suis imposuit, contra servitutem facit. l. *de pupillo* 5, §. 1. & *belle* 9. h. t.

V.

Nunciat inde rectè Dominus d. l. 5. §. *sed* 8. & *seq.* h. t. l. *unic.* §. *ius* 3. de remiss. quamvis pupillus sit, modo id auctore Tutore in re ad privatum ejus commodum pertinente fiat d. l. 5. in *pr.* l. 6. de *popul. act.* Non tamen si plures sint domini, unius Nunciatio vicino facta sufficit, sed singuli Nunciare necesse habent, quia fieri potest ut nunciatorum alter habeat, alter non habeat, jus prohibendi d. l. 5. §. 6. h. t. Nec socius socio in re communi ædificanti opus novum rectè nunciebit l. 3. §. 2. in *fin.* h. t. quia cum nemo in suo ædificare, quatenus in alienum nihil immittit, sit prohibendus l. *simul* 3. §. *aristo* s. *si serv. vind.* quomodo quis in re communi, quæ etiam est ædificantis arg. l. *illud* 46. de rit. nupt. l. 5. §. 1. de leg. 1. rectè prohiberi poterit, si tamen quo minus opus fiat præcavere socius velit, communi dividendo judicio suum jus conservabit l. *in re communi* 16. de serv. prad. urban.

VI.

Et bonæ fidei possessori nunciare licebit, cum enim pro domino panè habeatur l. *bonæ fidei* 48. in *pr.* de *acquir. rer. dom.* idem que jus ei quod dominis prædiorum tributum sit l. *qui scit*, 25. §. 1. in *med.* de *usur.* rectè & ad eum rem pertinere ut nunciare possit est dicendum l. 1. §. 19. h. t. l. *verbum* 181. de verb. sig. Idem jus competit & Emphyteuticario, quippe cum & hic sit similis domino & quandoq; dominus appelletur l. *possessores* 12. in *fin.* C. de *fund. patrim. lib. ii.* eiq; vindicatio Emphyteutici prædij concedatur l. 1. §. 1. in *fin.* si *ager rectig. vel emphyteut. petatur.* l. *ei* 16. de *servit.* De superficiario idem est statuendum, prætor enim ei utilem in rem actionem concedit l. *in provinciali* 3. §. *si ego* 3. h. t.

VII.

Vasallus quoq; utpote qui quasi vindicationem Feudi habet & servitutes eidem debitas petere & retinere potest per textum in lib. 2. tit. 8. Feud. de invest. de re alien. §. rei autem & §. seq. & rit. 43. de contr. inter Vasal. Ut & creditor qui fundum pignori accepit, rectè opus novum nunciant l. creditori 9. hic l. unic. §. fin. de remiss. huic enim & utilis petitio servitutis & fundi ipsius conceditur l. si 16. de servit.

VIII.

Servitutum etiam Realium tam Urbanorum quam rusticorum prædiorum causâ opus novum nunciare permittitur l. unic. §. jus habet 3. de remiss. l. & si forte 6. §. fin. si servit. vind. l. de pupillo 5. §. & bene 9. in fin. l. non solum 8. in pr. l. creditori 9. l. si priusquam 15. b. 1. inter 15. de ser. Urb. præd. l. in judicio 47. in pr. fam. herise. Us. fructuarius verò si suo nomine opus novum nunciare velit, id ei non licet, quia tamen tacitum quasi mandatum à domino proprietatis curæ ejus & custodiæ rem usufructuariam committentis habeat l. 1. in fin. l. seq. Usufr. quemad. cay. procuratorio nomine ei nunciare permittitur, vel Usufructum vindicare & præstabitur inde ei id quod ejus interfuit, opus novum factum non esse, d. l. 1. §. fin. h. 1.

IX.

Alieno nomine nunciare præter usufructuarium de quo ibi præced. etiam permittitur procuratoribus omnibus indistinctè l. 1. §. item 3. l. si procurator. 17. hic l. per procuratorem 72. de procur. siue sint veri siue falsi, hoc & mandatum habeant vel non habeant, sic tamen ut satisfiant Rem ratam dominum habiturum, nam sine hac satisfactione procurator vltus in hac nunciationis materia non admittitur l. 5. §. qui procuratorio 18. l. cum procurator 13 in pr. b. 1. l. vel in operu 26. de procurat. e. qui generaliter in 6 de procurat.

X.

Tutoribus quoq; & Curatoribus nunciare licet, l. & si 7. §. 1. hic Ut & inquilino & Colono dominis absentibus non presentibus

arg.

arg. l. 3. §. si ego 3. hic l. 1. c. si pervim l. ult. c. de acqui. poss. diligens enim his cura & custodia rei ipsius intelligitur esse demandata l. videtur 11. in pr. l. idem queritur 13. §. exercitio 7. locat.

XI.

Quod personas attinet quibus nuncietur, sciendum est, omnibus omnino qui ædificando vel detrahendo mutare pristinam operis faciem nituntur, rectè opus novum nunciari *l. 1. §. opus 11. & §. hoc autem 12. hic*, sive in publico sive in privato, sive intra sive extra oppida in villis vel agris *d. l. 1. §. sive autem 14.* sive etiam in provinciali prædio opus novum fiat *l. 3. in pr.*

XII.

Nec necesse est nunciationem ipsi ædificanti fieri, cum & contra absentes, invitos & ignorantes nunciatio procedat *l. 1. §. & adversus s. b. t.* proinde si domino absente, servo *l. de pupillo 5. §. 1.* vel aliis qui domini operisve nomine in re præsentisunt, ut fabris vel opificibus qui eo loco commorantur, imò mulieri, puero puellave qui dominum certiores reddere possunt, nunciatio fiat, tenet, non enim refert, quis aut cujus conditionis sit is qui in re præsentis fuit *d. l. 1. §. nunciari 3. l. operis 10. l. cuilibet 11. hic.* Cum operis non personæ *l. ult.* sive quod idem est, in rem non in personam nunciatio fiat *d. l. operis 10.* Unde & si uni ex pluribus dominis nuncietur, omnibus denunciatum esse intelligitur. *l. 1. §. si plurimum 5. b. t.*

XIII.

Materia circa quam versatur Nunciatio, sunt opera, structure & ædificia quibus quis ædificando, addendo, detrahendo, imponendo, ducendo opus in alterius præjudicium facit & eo ipso pristinam faciem operis immutat *l. 1. §. opus 11. & seq. b. t.* quod fecisse tamen is non creditur qui vetus ædificium reparat & fulcrum non hic opus novum factum; sed veteri saltem sustinendo remedium est adhibitum. *d. l. 1. §. si quis 13. b. t.*

XIV.

Cæterum opera hic intelliguntur solo conjuncta & quæ in solo sunt, Et placuit idcirco, si quis messem faciat, arborem succidat,

dat, vineam putet, quamvis opus faciat, tamen ad Nunciationem hæc non pertinere, quia ad ea tantum opera quæ in solo sunt hæc spectat. *d. l. 1. §. 11. & seq. h. t.*

XV.

Sed & opus futurum hoc est, nondum factum ne fiat *l. 1. §. 1. inchoatum tamen, necesse est, l. 5. §. 2. Ubi non sufficit si unum vel alterum cæmentum fuit impositum, sed si proponatur instar quoddam operis & quasi facies quædam ejus facta operis, Et hinc si alicubi loci jam quis destinaverit ædificare & ad hoc fabros conduxerit, lapides & tigna collegerit, ædificium delineaverit, quamvis adhuc nihil ædificij factum sit, Nunciatio tamen tenebit *l. de pupillo §. 2. l. stipulatio 21. §. opus 3. h. t.**

XVI.

Ob jam facta opera quamvis recentissima sint & quacunq; arte non debite facta, cessat operis novi nunciatio, teritq; transeundum ad interdictum quod vi aut clam, ut talia restituantur *l. 1. §. 1. hic.* Et idcirco qui juvari remedio nunciationis cupit, quia periculum est in morâ, mature opus novum nunciet, necesse habet, & quidem in principio, quo hoc remedio de omnibus quæ fiunt simul ei caveatur, Quod si tamen quid jam factum sit, remedio quod vi aut clam reparandum, utile erit consilium. *Idi Pauli* ut is qui de futuris nunciatione novi operis sibi adhuc cavere desiderat, id quod jam factum est, in testationem referat, indeq; modulus, ut quid postea ædificatum est appareat, sumat, quod & Prætor decernere solet, *l. non solum 8. §. qui opus 1. §. sed ut probari 5. h. t.*

XVII.

Quorundam tamen operum etiam futurorum nomine, nunciatio non procedit, qualia sunt, quæ publicæ salutis & securitatis causa fiunt, ut si quis rivus & cloacas velit reficere & purgare *l. de pupillo §. §. si qui rivus 11. §. proinde 13. hic* vel quotiens dilatio alicujus operis periculû est allatura *d. l. §. §. præterea 12. h. t.* Quod & referuntur recte hi casus, si quis contra imminentem maris vel flumi-

928
Auminis impetum aggerem vel molem extruere velit, item si domum ruinam manifestam minitantem quis demoliat, eo sine, ut eam pristino modo restituat, nam his similibusq; casibus nunciatio impunè contemnitur *arg. d. l. 5. §. 11. 12. & 13. h. t.* similiter & si quis in mari vel littore ædificet, probiberi is per operis novi nunciationem non poterit *l. 1. §. quod 18. h. t. nisi ex unâ causâ in d. l. allegatâ.*

XVIII.

Forma Nunciandi habet respectum vel ad locum vel ad tempus vel etiam varios nunciandi modos, Locum quod attinet, Nunciatio est facienda in re presente, id est, eo loco ubi opus fit, sive quis ædificet sive inchoet ædificare *l. de pupillis. §. nunciationem 2. & seq.* Nec sufficit si domino extra locum nunciatur, quia si id alibi, veluti in foro fiat, inutilis erit & nullius momenti nunciatio *d. l. 5. §. si quis forte 4. hic.* Unde si pluribus locis opus fiat, etiam plures nunciationes fieri oportet *l. 5. §. si in pluribus 16.* Et si non in totum opus, sed in partem nunciatio fiat, nunciatus debet demonstrare, in quo loco opus novum nunciatur, ut scire is, cui nunciatur, possit, ubi sit ædificandum, ubi abstinendum, quod demonstrare necesse non est, si in totum opus nunciatur *d. l. 5. §. qui nunciat 15. h. t.*

XIX

Tempus quodvis ad nunciandum est idoneum *l. 1. §. ita 4. hic* proindeq; etiam feriato die nunciari opus ritè recteq; poterit *arg. l. 2. & 3. de feriâ.* Et quamvis sint qui existiment feriatos in honorem Dei excipi dies, utpote quibus admonitiones & alia cessare jubentur *in l. fin. C. de fer.* Tamen si necessitas id postulet, maxime si nunciatio prætermissa noceret, etiam prætorias feriato tali die crediderim nunciationes fieri posse, quia & iis feriis Manumittere & Emancipare (quibus casibus tamen non est tale ut in nunciationibus periculum in morâ) conceditur *l. actus 2. C. de feriis.*

XX.

Modus novum opus nunciandi est triplex, Fit enim vel Judicialiter

B

cialiter

cialiter auctoritatem Magistratus implorando per Prætoſem, vel
Extrajudicialiter aut per manum, id eſt, per jactum lapilli, aut Nu-
dis verbis, quæ & Nunciatio in ſpecie novi operis Nunciatio di-
citur *l. 1. § 6. l. 5. §. meminiffe 10. hic.* Per Prætoſem nunciatio fit,
cum is qui opus Nunciare inſtituit, Prætoſem adit, & ab eo petis
impetratq; ut ipſe opus novum nunciari & inhiberi ſua nuncia-
tione curet *l. ſi opus 14. b. 5.* Per manum, id eſt jactum lapilli nun-
ciatur, quando quis manum opponendo operi lapillum,
ſimul etiam minimum jactat in opus Novum vicini, ſignifi-
cans ſe prohibere ne opus fiat *l. 1. §. quod ſi vi 5. l. vi facit 20. §. 1. 1.*
quod vi aut clam l. 6. §. 1. ſi ſerv. vind. Nudis verbis fit, quan-
do quis, qui nunciare poteſt, in loco operis dicit, ſe prohibere, ne
quid Novi operis fiat *d. l. 20. §. 1. quod vi.*

XXI.

Sed hi modi Nunciandi maximè inter ſe differunt, quòd po-
ſteriore, quæ nudis fit verbis, adverſarium cui nunciamus ſatisda-
tione præſtità poſſeſſorem faciamus *l. 1. §. in operi 6. l. de pupillo
5. §. meminiffe 10. h. t. l. ſi alius 7. §. 2. quod vi aut clam* Proinde,
ea nunciatio tunc ſolum eſt neceſſaria, cum ædificans quidem
opus facit in ſuo, ſed quod contra jus ſervitutis nobis nocet *d. l. 5.
§. 10. b. 5.* Prioribus autem duobus modis, utpote cum per Præ-
toſem vel jactum lapilli nunciamus, poſſeſſionem retinemus, Eſtq;
illorum uſus, quotiens quis in noſtro ædificare vel in noſtrum quid
immittere vel projicere attentat *d. l. 5. §. 10.* Et hinc, pro ut diverſi
ſunt caſus, præſtat, vel uno vel altero remedio potius uti.

XXII.

Notandum hic venit, quod, qui opus novum nunciat, jurare
neceſſe habeat, ſe non calumniæ cauſa opus novum nunciare,
Hocq; juramentum authore prætoſe deferretur, nec ante præſtatur
quam is id exigat *l. 5. §. qui opus 14. b. 5.* Qui ergo nunciare intendit,
ante ſecum rem accuratè perpendat: numne etiam jus in re habeat,
hocq; intendere verè poſſit, illi cui nunciatur jus in re non eſſe
ſe invito ſic ædificare *l. 2. l. ſi primquam 15. l. ſtipulatio 21. in pr. hic
h. t. 5.*

l. 1. §. item Juliano 4. de remiss. Nam si is cui nunciatum est, se defendendo postea probaverit jus sibi esse ita ædificatum habere *arg. l. 1. §. sed si ù. 7. l. 15. hic.* vel te prohibendi jus non habuisse, prohibitio remittitur *l. 1. in pr. hic.* Et dabitur contra prohibentem actio in factum ad interesse *arg. §. fin. Inst. ad l. Aquil. l. quia 11. de prese. verb. l. 6. eleganter 7. §. idem Labeo 7. de dolo malo.* ex eà ratione, quia cum occasionem damni dederit, damnum dedisse videatur *l. qui occidit 30. §. in hac quoq; actione 3. in med. ad l. Aquil.*

XXIII.

Finis Nunciationis Novi operis est, ut vel jus privatum, conservemus, vel damnum depellamus, vel etiam jus publicum, tueamur *l. 1. §. nuntiatio 16. hic.* Quocunq; inde modo ad nos res pertinet, sive publicà sive privatà ex causà, sive dominiij sive servitutis jure, in quo ædificans nobis nocere intendit, hoc remedio nunciationis nos tutos præstatimus *d. l. 1. §. 6. belle 9. hic* donec ea de re à Prætore, cujus se jurisdictioni post operis novi nunciationem committere litigantes solent, cognoscatur, *d. l. 1. §. 9. b. t.*

XXIV.

Effectus nunciationis præcipuus hic est, quod is cui nunciatum est, statim quiescere & abstinere ab opere inchoato cogatur *l. de pupillo 5. §. qui nunciat 15. hic* & quidem tam diu, donec vel de ea re sit cognitum, appareatq; quo jure quis ædificet *l. prator 20. §. adijcitur 13. in fin. hic.* Vel si desistere ab ædificando nolit, nuncianti satis dederit de demoliendo opere, si contra jus ædificatū esse constiterit *l. non solum 8. §. si cum 2. d. l. prator ait 20 §. 9. & 13. b. t.* Et hac cautione post Nunciationem præstità, statim continuare ædificationem licet, nec expectare lapsum trimestris temporis cavens antequam ædificare pergat, necesse habet, non enim *l. unie. C. b. t. correctoriam plurimarum in ff. reportarum Legum* crediderim, cum tantum Imp. Justin. *ibidem* cognitioni causæ, in provinciis triū mensium spacium constituere, non autem satisfactionem post illud tempus primum præstandam, disponere voluerit.

XXV.

Quod si quis autem prohibitionem per nunciationem factam

Etiam sine hac satisfactione vel impetrata remissione contempserit & ædificationem continuaverit, cogetur omne id quicquid post nunciationem fecerit, etiam si jus faciendi habuerit, destruere *l. prætor. 20. §. 1. hic* idque propterea, quia contra edictum prætoris fecit *d. l. 20. §. interdictum 1. & §. ait prætor 3. b. t.* Si tamen quis cautionem offerat paratusque sit satisfacere, sed per nunciantem steterit, quominus præstetur, habetur pro eo, quasi jam satisfactum sit *d. l. 20. §. si quis 5. §. deinde 9. §. adicitur 13. b. t.* licebitque ædificium, tamen cum demolitionis periculo & effectu satisfactionis futuro continuare, et vim ei Prætor fieri vetat *d. l. 20. §. deinde 9. bis.*

XXVI.

Dantur inde Nunciatione ritè rectèque interposita bina Interdicta, quorum primum adversus ædificantem competit, siue is contempta nunciatione sine satisfactione, siue præstita cautione ædificare perrexerit, sed in causâ succubuerit, Et dicitur Interdictum Restitutorium seu demolitorium, huncque habere effectum, ut tali modo ædificans cogatur ædificium demoliri *l. 20. in pr. §. 1. 2. & 3. l. stipulatio 21. §. si quis. 1. b. t.* Estque perpetuum & hæredibus cæterisque successoribus competit *d. l. 20. §. hoc interdictum 6. hic.* quamvis si nuda simplexque Nunciatio facta fuerit, nullâ eam insequente ædificatione, talis morte ejus qui Nunciaverit, extinguatur *l. non solum 8. §. morte 6. b. t.*

XXVII.

Et hoc Interdictum Restitutorium seu demolitorium non solum competit adversus eum qui opus fecit, sed & qui ratum habuit *d. l. 20. §. adversus 7. hic* non tamen adversus hæredes, Sed si quid ad hæredem ædificantis pervenerit, vel dolo malo ejus factum fuerit quo minus perveniret, etsi interdictum adversus eum locum non habeat, tamen ex Labæonis sententiâ ex prædictis causis actio in factum datur, quod & verum est, *d. l. 20. §. plane 8. b. t.* Et inde videre licet, esse hoc interdictum Restitutorium in personam ædificantis ex delicto conceptum, quippe non leviter peccet, qui & prætoris contemnit auctoritatem & vicino post nunciationem ædifican-

930
ædificando nocet *l. 20. §. 1. in fin.* Quod si autem hæres sciens factam esse defuncto Nunciationem, ceptum opus perfecit, eo casu destruere id suis impensis cogetur, quia eo ipso factum defuncti habuit ratum *d. l. 20. §. 7. h. t.*

XXVIII.

Alterum Interdictum est prohibitorium, quod datur ad verus insolenter Nunciantem, qui non contentus illâ indemnitatem quæ per cautionem illi est præstita vel quo minus præstita sit, in morâ ipse fuit, nihilominus impedire ædificare volentem conatur. *l. 20. §. deinde 9. & §. hoc interdictum 10. h. t.* Et quia etiam hîc interesse publicum versatur, cum ad decus Urbium pertineat ædificia non derelinqui *d. l. 20. §. 10.* Prætor vim fieri ædificanti vetat *l. 20. §. 9.* Nec interest an jure quis vel injuria ædificet, quia cum cautum sit satis nuncianti per satisfactionem, impedire ædificantem non debet *l. 20. §. hoc autem 12. & seq. l. stipulatio 21. §. siquis 1. h. t.* Et competit hoc interdictum post annum daturq; hæredi cæterisque successoribus *d. l. 20. §. ult.* Et quidem ad id quod interest *arg. l. de pupillo 5. §. fin. h. t.*

XXIX.

Circa contraria, expediendæ erunt Causæ, ob quas executio Nunciationis Nunciatori ejusq; successoribus veniat deneganda, Quæ causæ in duplici sunt differentia, vel enim ab initio nullam & sic planè inuilem faciunt Nunciationem, ut ædificans omninò eam & impunè sperare & ædificium continuare possit, Vel utilem quidem, sed quæ propter aliquod interveniens elidatur & finem accipiat, ita ut ex postfacto Nunciatus in ædificando pergere possit *l. unic. §. Et verba 2. §. item Juliano 4. de remiss. l. si autem 2. h. t.*

XXX.

Nulla & inutilis planè est ab initio Novi operis Nunciatio varias ob causas, Vel si is opus Novum nunciet, qui ratione personæ suæ nunciare nequit, puta, si pupillus sine authore Tutore, *l. de pupillo 5. in pr. servus d. l. 5. §. 1. h. t.* socius socio in re communi

B 3

ædifican-

ædificanti *l. in provinciali 3. §. 1. & 2.* Usufructuarius non pro-
 curatorio sed suo nomine nunciet *l. 1. §. fin. b. t.* Vel illi nuncietur
 cui nunciari non est permiffum, puta si ab Usufructuario, Domino
 prædij nuncietur *l. si autem 2. hic.* Vel etiam illud opus nuncietur
 quod nunciari non potest, puta si quis messem faciat, arborem fuc-
 cidat, vineam putet *l. 1. §. hoc autem 12.* si vetus ædificium quis ful-
 ciat vel reparet, *d. l. 1. §. si quis 13.* rivos & cloacas reficiat vel purget
l. 5. §. si quis rivos 11. b. t. l. servius 3. §. si quis rivum 8. de rivu l. 1.
§. si quis purgans 13. de cloacis. Et generaliter si quis opus faciat
 quod nullam pati moram possit *d. l. 5. §. prætere 12. & seq. b. t.*

XXXI.

Inutilis ab initio est nunciatio ut contemni possit, si quis non
 debito modo & formâ *arg. l. quotiens 6. qui satisfacere cog. vel non*
 conveniente loco, sed alibi ubi non est nunciandum nunciet, puta,
 si cum in opere & re præfente nunciare debeat vel in foro vel alibi
 nunciationem expediat *d. l. 5. §. si quis forte 4. b. t.* Ut & si inter-
 rogatus causam ob quam nunciet vel nullam afferat vel talem ob
 quam nunciatio non habeat locum *arg. l. 1. §. nunc videmus 15. l.*
prætor ait 20. §. adijcitur 13. hic Nam ad minimum Nuncians cau-
 sam cur nunciatione ædificationem remoretur, allegare & expri-
 mere debet *arg. l. 1. in pr. de edend. l. edita 3. C. eod. & quidem,*
 aptam ad nunciandum, quæ tamen si vera siue falsa sit impedit
 & remoratur ædificium *l. 1. in pr. l. ait prætor 20. §. 3. hic.* sed sic
 ut cognitâ causâ si injuriâ nunciatum esse deprehendatur, nun-
 cians omne damnum datum resarcire necesse habeat, *videatur su-*
præthes. 22. ad fin.

XXXII.

Causæ ob quas utilis initio Nunciatio ex interveniente ali-
 quo finiatur, sunt, Dominij mutatio & Remissio, & quidem Domi-
 nium mutatur tam alienatione ejus rei cujus nomine opus No-
 vum est nunciatum, quam morte Nunciantis, Exspiratq; his modis
 etiam utilis nunciatio, quando nimirum ea adhuc in puris Nun-
 ciationis stat terminis & nunciatus acquiescens interea neq; ædifi-
 care perrexerit neq; satisfacere, & ita intelligenda erit *l. 8. §. mor-*
te 6. b. t. Quod si autem spretâ nunciatione neq; præstitâ satisfac-
 tione

tione quis ædificationem continuaverit, quia per hoc jus ex Interdicto restitutorio sive demolitorio nuncianti jam est natum *l. prætor ait 20. in pr.* & jura talia ad hæredes transmittantur, non morte nunciantis sic munita nunciatio finitur, sed ad hæredes etiam transmittitur *d. l. 20. §. hoc interdictum 6. hic. vid. supra tes. 26. in fin.* Quod si autem is, cui opus novum nunciatum est decesserit, vel is ædes alienaverit, non extinguitur operis Novi Nunciatio *d. l. 8. §. fin. h. t.*

XXXIII.

Remissione finitur Nunciatio, Vel quando post opus Nunciatum cum adversario privatim convenit, ut opus fiat *l. 1. §. inde quaeritur hic.* debetq; hanc Prætor conventionem habere ratam, quippe ex quâ Exceptio contra nunciantem datur *d. l. 1. §. 10.* Vel auctoritate Prætoris remissio fit, quando is cui nunciatum est, Prætoris rem adit & petit ab eo, ut missam faciat Nunciationem sibiq; porro ædificare liceat *l. de pupillo 5. §. si 17. h. t.* quod & impetrare, his casibus facile solet, cum nimirum is qui nunciavit juramentum Calumniæ à Prætoris exactum præstare noluerit *d. l. 5. §. qui opus 14. hic,* item si is qui alieno nomine Nunciaverit, Dominum ratum habiturum non satisdederit *d. l. 5. §. qui procuratorio 18 h. t.* Ut & si ædificans se suis sumptibus ædificium, si in causa succumbat, demoliturum satisdederit *l. 5. §. si 17. l. prætor 20. §. si qui. s. h. t. l. unic. C. hic.* Quam cautionem si plures sint domini qui ædificare voluerint, unum illorum præstare sufficit *l. stipulatio 21. §. questum 5. h. t.* sed si plures sint qui nunciavere, etiam singulis si non conveniat, præstari oportebit *d. l. 21. §. idem ait 6. hic.* Deniq; à Prætoris nunciatio remittitur, si nunciatus jus sibi esse novum opus nunciandi non probaverit *l. 1. in pr. l. non solum 8. §. sciendum 4. hic l. unic. in pr. C. §. & verba 2. de remiss.*

XXXIV.

Cautiones autem quæ propter has nunciationes dantur, sunt duplices, vel enim Satisfactione vel Repromissione Nuncianti cavetur *l. de pupillo 5. §. si 17. hic* Et pro privata quidem nunciatione requiritur Satisfactio, pro publicâ vero sufficit sola Repromissio *l. non solum 8. §. quod si 3. h. t.* diciturq; satisfacere ille, qui adversario


no suo pro eo quod petit, ita cavet ut reddat eum datis fidejussoribus securum l. 1. qui satid. cog. Repromittere vero ille, qui nudè sine fidejussoribus promittit l. 3. C. de Verb. sign. sic tamen ut stipulatione nanciantem securum faciat, l. non solum 3. in fin. l. stipulatio 21. in pr. hic.


XXXV.

Sunt & affinia Nunciationi Novi operis remedia, Interdictum quod vi aut clam l. 1. § 1. § 17. l. de pupillo s. §. meminisse 10. in fin. l. si procurator 17. hic. l. per procuratorem 72 de proc. quod etiam est restitutorium d. l. 1. §. 1. hic & datur sive jure sive injuriâ quis ædificaverit l. 1. in pr. & §. 1. cum seqq. quod vi aut clam. Interdictum Uti possidetis l. 5. §. meminisse 10. h. s. Vindicatio servitutis sive quod idem est, Actio confessoria & negatoria l. 1. §. fin. l. creditor 9. l. qui viam habet 14. l. si priusquam 15. h. s. l. uti frui 5. §. sicut 7 si ususfr. petat. tot. tit. si servus vindicetur. Deniq; & actio communi dividundo l. in provinciali 3. §. 1. hic l. in re communi 26. de ser. urb. præd. Et ex his quædam etiam illis casibus locum habent, ubi nunciacione opus impediri non potest, & tamen id debet restitui d. l. 1. §. 1. l. qui viam 14. hic l. si alius 7. §. notavimus 5. quod vi aut clam.









tem continuaverit, quia per hoc jus ex Inter-
demolitorio nunciati jam est natum *l. præ-*
talia ad hæredes transmittantur, non morte
nunciatio finitur, sed ad hæredes etiam tranf-
pc interdicitum 6. hic. vid. supra t. bes. 26. in fin.
opus novum nunciatum est decesserit, vel is
extinguitur operis Novi Nunciatio *d. l. 8. §.*

XXXIII.

ir Nunciatio, Vel quando post opus Nuncia-
rivatim convenit, ut opus fiat *l. 2. §. inde que.*
Prætor conventionem habere ratam, qui p-
ontra nunciantem datur *d. l. 1. §. 10.* Vel au-
missio fit, quando is cui nunciatum est, Præto-
ut missam faciat Nunciationem sibiq; por-
pupillo 1. §. si is 17. h. t. quod & impetrare
t, cum nimirum is qui nunciavit jurame-
tore exactum præstare noluerit *d. l. 5. §. qui*
qui alieno nomine Nunciaverit, Dominum
latis dederit *d. l. 5. §. qui procuratorio 18 h. t.*
uis sumptibus ædificium, si in causa succum-
dederit *l. 5. §. si is 17. l. prætor 20. §. si quis. s. h. t.*
autionem si plures sint domini qui ædifica-
rum præstare sufficit *l. stipulatio 21. §. quasi-*
es sint qui nunciavere, etiam singulis si non
portebit *d. l. 21. §. idem ait 6. hic.* Deniq; a-
tititur, si nuncians jus sibi esse novum opus
verit *l. 1. in pr. l. non solum 8. §. sciendam 4.*
& *verba 2. de remiss.*

XXXIV.

h quæ propter has nunciationes dantur, sunt
datione vel Repromissione Nunciati cave-
is 17. hic Et pro privatâ quidem nunciatio-
o, pro publicâ vero sufficit sola Repromissio
si 3. h. t. diciturq; satisdare ille, qui advena-
tio